

§ 64	<u>Sigefridus, Mogontinus archiepiscopus</u> et <u>Willelhelmus Traiectensis episcopus</u> et <u>Guntharius Babinbergensis episcopus</u> et <u>Otto Radisponensis</u> alii- que perplures^m <u>cum</u> multo <u>commitatu</u> et diviciis <u>Hierosolimitanum</u> iter pro dei amore adgressi preter mala, que de Bulgari- bus et de Pessenis in eadem via pertulerunt, inter Licaoniam et Rama <u>a paganis</u> non solum depredati, sed ecciam plures vul- nerati quam plurimis barbarico congressu extinctis demum se in quodam vetus castel- lum vix contulerunt. Sed in eo mox ab eis- dem prophanis obses- si et multa pugna per biduum licet fortiter resistentes fatigati facto ad horam federe quosdam potentissi- mos hostium sub data fide ad se illicebant. Nilque de hominibus habebant pro tuendo, solam vitamⁿ sibimet ipsis servare, sed pro tempore eorum usui erogare obtabant. At illi uti armis confisi numeroque prestan-	{Hoc tempore <u>Sigifridus Mogonciacensis archiepiscopus</u>, <u>Wilhelmus Traiectensis episcopus</u> et <u>Guntharius Babinbergensis episcopus</u>, <u>Otto Ratisponensis episcopus</u> <u>cum</u> magno apparatu et comitatu <u>Hierusalem</u> proficiscentes in eo itinere <u>a paganis</u> multa sunt perpassi, nam et bellum cum eis inire sunt coacti.	{Hoc tempore <u>Sigifridus Mogontiacensis archiepiscopus</u> et <u>Guntharius Babinbergensis episcopus</u>, <u>Otto Ratisponensis episcopus</u>, <u>Willihelmus Traiectensis episcopus</u> <u>cum</u> magno apparatu et comitatu <u>Hierusalem</u> proficiscentes in eo itinere <u>a paganis</u> multa sunt perpassi, nam et bellum cum eis inire sunt coacti.
------	--	---	---

m) proplures A.

n) sola vita A.